Vene sectio est euacuatio uniuersalis quæ plenitudinem euacuat & ipsa plenitudo est humorum generatio in uenis, maior quàm sua mediocritas exposcat. Vena autem incidi debet duorum alteri . nempe uel illi qui egritudinibus obnoxius est, in quas corruet si eius sanguis multiplicetur, uel qui in eas iam incidit, horumque utriusque uel pre sanguinis exuperantia uel pre eius malitia aut propter utrumque uena sectatur. Egritudines uero quibus ille paratus est incurrere sunt coxendix & podagra si sanguine eiuscemodi egritudines fuerint dolorque articularis qui a sanguine est, & sanguinis scraus cum accidit alicui propterea quod in eius pulmone, aliqua uenula rupta fuerit parum admodum conglutinata, quæ quidem scindetur si sanguinis uel minimum augeatur . Ad hæc que parati sunt incurrere morbum comitialē & attontum (quæ apoplexiā nōcupat) ac atrabile ex sanguis redūdantia & grā angie uiscerum abscessus

CAP V T

atq; calidas lippitudines (quas ophthalmias dicunt.) Is etiã cui sanguis hemorrhoidarum q̄ cõsuevit effluere: suppressus est: ac mulieres q̄ bus menses restricti sunt uene sectione indigēt. Horũ tamen duorum color non indicat necessariã esse uene sectionem: ob eorũ squallidum obscurũ colorẽ albumq; atq; citrinum. Porro qui membra intrinsecus imbecillia ex calida tẽperatura obtinēt his profecto satius est tẽpore ueris sanguinẽ detrahere etsi nondum i hu iusmodi morbos inciderit. Item percussis uel ab alto delapsis sanguis demẽdus ẽ ad precautionem: ne in eis apostema oriatur. Adhuc aliquo apostemate laboranti de quo ne ante maturationẽ rumpatur uereatur sanguis detrahẽdus ẽ etsi uene sectione non indigeat neq; ulla adsit redundãtia. Scire quoq; debes q; si in hu iusmodi morbos nõdũ q̄s iciderit. timeat tũ ne eis corripiat tuti⁹ ei cõcedi uene sectionẽ. Sed si in eos iam lapsus fuerit tũ in eorũ principio penitus abneganda est. attenuat enim excremeta per corpusq; ea permeare facit & sanguini integro ea quoq; admiscet: immo nihil forte oportuni euacuabit cogetq; uene sectionẽ nõ sine noxa repetere ubi uero cõcoctio apparuerit & principium atq; uigor iam transierit: tunc si uenam secare est necessariũ & nihil prohibeat secetur. Atqui nec uene incisio nec euacuatio

euacuatio est faciendā in die motus morbi: est enim dies qua tum requies tum somnus iudici debent in ea; ipse affectus incitatur. Cuncta egritudo habuerit iudicia (quae crises appellatur) ac lōgi fuerit spatii. haud quaquam debet tanta quantitas sanguinis euacuari imō si fieri potest quiescat sin minus parce fiat sanguinis detractio & sanguis qui per uene sectionem detractus ē suppleatur corpori si poteris. roburque uirium custodias in iudiciorum pugna. Et si quis iam diu non est usus uene sectione & in hyeme lassitudine corporis molestus, ei profecto uena incidenda est & sanguis ad uirtutem roborandā restituendus. Caeterū uene sectio trahendo ad cōtrariū aluum ualde astrigit. Porro cum ex copiosa sanguinis missione uires imbecilliores redduntur multi humores uitiosi inde gignuntur. Animi autem deliquium, quod syncopis uocat, accidit quidem initio uene sectionis quia quod insuetum ē obuiat precedente tamen uomitu id prohibet. Itidem efficit uomitus factus dum accidit syncopis. Nec te lateat uene sectionē perturbationē excitare donec quiescat. Dolor adhuc colicus raro cū sanguinis missione cōplicari potest. Grauidis praeterea ac quibus mēstrua redduntur nō concedit uenae sectio nisi magna emergente necessitate ueluti si necessarium sit magnum sanguinis

CAPVT

excreatū fistere si uires cōsentiāt. Scire adhuc
 debes nō requi semp uenæ sectionē ubi adfint
 signa repletiois p̄dicte imo fortasse erit reple-
 tio ex crudis humoribus & tunc sanguinis de-
 tractio ualde nocebit. Qm̄ si uenā secueris nō
 fiet cōcoctio & uerēdū est ne eger pereat. Ille
 p̄terea in quo atra bilis superat nihil offendet
 si uena ei scindat̄ & postea purgatione euacue-
 tur. Sed ipsum colorē inspicere debes. sub con-
 ditione quā dicemus tentionēq; animaduerte-
 re nā si tētio p̄ corpus expādatur ipsa cōiectu-
 ra docebit uenæ sectionē esse necessariā. Sed si
 sanguis eius optimus paucus fuerit & in cor-
 pore multos humores uitiosos habuerit: tunc
 sanguinis missio bonū tollet & uitiosum reli-
 quet. Sed si qs paucū & malū obtinet sangui-
 nē & ad aliquod mēbrum se cōuerterit ita ut
 illud ualde offendat, nec a uenæ sectione excu-
 sari possit. tum exigua quantitas sanguinis de-
 trahatur mox optimo alimēto refici debet. De
 inde tēporis spatio iterū alia uice sanguis mit-
 tat̄ ut uitioso sublato optimus restituat̄. Qd̄
 si eius uitiosi hūores fuerit biliosi oī ingenio
 uti oportet ut p̄rio solutione alui aut uomitu
 euacuent̄ & q̄scāt oīq; studio req̄es atq; ociū
 egro inducātur. Sed si crassi fuerit hūores. an-
 tiq; iusserūt balneo uti & aluū subducere. Nō
 tūq; p̄terea añ sanguinis missionē & postea añ

repetitionē exhibebūt syrupū acetosū nī atten-
 nuādi obtinentē cū decocto hisopi & satireie.
 At si cogaris uenā icidere uirtute exñte debili
 ob febres aut uitiosos hūores tūc sāguis detra-
 ctionē i plures uices ptiri ut pbauimus satius
 erit. Porro angusta uenæ sectio uirtuti utilior
 ē, uerū forte sanguis tenuis & clar⁹ ex ea fluet
 crass⁹ iterī ac turbulēt⁹ retinebit. Latior uero
 citi⁹ ai deliquū ifert, & ad expurgationē magis
 facit ad ḡglutinationē uero tardior ē. cōmodi-
 or at ē illi cui ut mūdificet. uena secat atq; pin-
 guib⁹ itidē tpe hyemis latior cōmodior est ob
 sanguinis coagulationē. estate uero angustior
 si ea indigerit. Cūq; uena inciditur iaceat su-
 pinus. huiuscemodi enim situs ē ad uirtutem
 custodiendam aptior, nec in animi defectū in-
 curret. In febribus aut uehementis inflāmatio-
 nis, non est uenæ sectio admittenda nec ini-
 tio cuiusuis febris non acute neq; in diebus
 circuitus. ubi præterea in febribus conuulsio
 associatur raro debet concedi uenæ sectio
 quamuis uideatur esse necessaria quia conuul-
 sio uigiliam atq; sudorem affert uiresq; dei-
 ciet, idcirco relinqui debet sanguis qui sit pro
 tempore necessitatis paratus. Itidem in febr-
 bus non putridis si sanguis mittatur sit exigue
 us ut pro febrium resolutiōe sanguis próptus
 dimittatur. Quod si febris non fuerit magni

CAPVT

estus, fuerit tamen putrida. tunc decem illas conditiones predictas inspicere oportet, mox uenam inspicias quæ si crassa fuerit ad ruborem declinans & pulsus magnus & figura tumida & febris in motu suo non fuerit uelox, tunc uenam incide uacuo uentriculo. At si urina tenuis uel ignea fuerit figuraque ab initio morbi extenuata caue ne uenam seces. Quod si febris illa interpellata fuerit ac in ueram quietem desierit in illis sanguis mittatur. Rigorem quoque contemplari debes nam si fuerit uehemens caue ne uenam aperias inspicereque debes colorum sanguinis que egreditur, quam si fuerit tenuis ad albedinem attinens illico eum retine. Et in uniuersum cauere debes ne egroto duorum alterum afferas, uel humorum biliosorum prostrationem uel frigidorum cruditatem. Cumque in febre cogimur uenam secare, non animaduertas dicta illius qui dicit, eam post quartam diem non habere locum: imo urgente necessitate potest admitti etiam post quadragesimum: & hæc est sententia Galeni, quauis apparentibus ueris indicationibus fatius erit eam quam citissime anticipare. Quod si id quod conueniebat neglexeris tunc quocumque tempore poteris uri uene sectione, dummodo conueniat, utere ea, consideratis tamen prius illis decem conditionibus iam dictis. Nonnumquam præterea fit uene apertio etsi non indigeas ea in ipsis febribus, ut dimi-

nuta materia eam natura superare valeat, ipsa tamen habitudine etate uiribusq; una cum reliquis. consentientibus. In febre uero ex sanguine pendente nō potest euitari sanguinis detractio quæ in principio nō exuberans, tempore tamen cōcoctionis copiosa fiat. Sepissime tamen recedit ipsa febris post sanguinis detractiōnē. In habentibus autē tēperaturā immodice frigidā & in regionibus ualde frigidis & dum dolor est ualidus & post balneum uires dissoluens atq; post ueneris usum, in etate quoq; minore quatuordecim annorū euitāda cū uenæ sectio quoad fieri poterit, in ætate senii quoq; quantum fieri poterit caue ne sanguinem e uena mittas nisi forte in corporis habitu ac musculorū dēfinitate uenarū amplitudinē earūq; plenitudinē, ac coloris rubore cōfidam⁹ his. n. hortatibus tā senioribus q̄ pueris potest concedi. Juniores uero parca sanguinis subductiōe paulatim ad id duci debent. At quicūq; supra modum sunt obesi uel macilenti aut carnis raritate obtinētes & pituitosi tumidiores, & pueruli qui sunt sanguinis expertes his uenam incidere quātū possibile est caue & qui diu egrotauerint nō sine maximo discrimine sanguinē detrahare licet nisi forte in his sanguinis corruptio id hortaretur, tunc eni potest sanguis mitti, & illum inspicerē debes qui si niger crassusq;

fuerit eum extrahere. Sed si eum album tenuem uideris claude statim quoniam maximū periculū afferet. Post cibi repletionem quoq; cauendū est uenam incidere ne humor incoctus ad uenas trahatur loco rei euacuate: quod quidem obseruandū adhuc est uentriculo existente repleto ac intestinis: excremento sicco concocto uel fere cōcocto abūnantibus. Sed quod in ipso uentriculo & sibi annexis existit uomitu euacuare studeat: ab intestinis uero inferioribus ut fieri poterit etiam si clysteri id fiat. Porro qui fastidio laborat caueat uenam aperire sed differat donec eius satietas concoquatur. Caueas etiam ne uenam incidas eius qui acumen sensus uentriculi uel imbecillitatem & generatione bilis in ipso uentriculo infestari solet is cauere debet ne a uenæ sectione incurrat periculum: & presertim dum est ieiunus. Eū autē q̄ acumen sensus oris uentriculi obtinet, cognosces, q̄ a rerū mordicantiū deuoratione molestat. Qui uero imbecillū ipsū habet: eo quod ipsam quoq; appetētiā habet imbecille: doloresq; uentriculi patitur. At cuius orificiū uentriculi cholera recipit: uel solet sepiissime in eo generari: ex assidua nausea: ac frequentissimo bilis uomitu: nec non ex eius oris amaritudine id dignoscere poteris iis inq; si uena feriat: nō habita præcautione prius ad oris uetri-

ruli confortationem, in maximū incurrēt. dif-
 crimē: & forte aliq̄ eorum mortem subibūt.
 Quo circa si quis acute sentit, uel qui imbecil-
 lioris uentriculi est, debet sumere frustra panis
 purissimi musto cocto acetoso odorato perfu-
 sa. At si ea imbecillitas à frigido temperamen-
 to proueniat: tunc debes ea perfundere: aqua
 muscata (quam such uocant arabes) cū aroma-
 tibus: aut syrupo de mēta odorato in quo mu-
 scus ingreditur: aut miua muscata: deinde ue-
 na secetur. Ille uero in quo bilis generatur:
 debet uomitum aqua calida liberalissime epō-
 ta prouocare, ex syrupo acetoso deinde ali-
 quid degustare: parumq; quiescere: mox ue-
 nam secare: oportet autem uti omni diligen-
 tia: ut id quod de optimo sanguine deperditū
 est restituatur: ueluti carne super carbones as-
 sa si robustus fuerit: quāuis sit is cibus satis gra-
 uis: nam si concoquatur in multum ac opti-
 mum conuertetur alimentum. debet tamen
 esse id exiguæ quantitatis: quia uenæ sectio
 imbecillem reddit uentriculum: porro quan-
 doq; inciduntur uenæ: ut profluuium sangui-
 nis e naribus nel utero aut sede uel ex thorace
 prohibeat: aut ex aliquibus uulnerib⁹: ut ipse
 sanguis ad oppositā retrahat partē: hoc enim
 est p̄sentaneū remediū. foramen aut̄ debet eē
 ualde angustū. uicesq; debent pluries iterari,

CAP V T

non tñ eadem die (nisi urgēte necessitate) leu
 Al. lra alternis diebus: & qualibet uice minor fiat de
 uariis trahio: & ut summatim dicā: pluribus uicibus
 sanguinem detrahere, satius est, q̄ multiplicā
 re quātitatē: ferire præterea uenā cū nō fuerit
 necessarium: bilem incitat, ariditatēq; linguæ
 relinquit & alia id genus: cui rei succurrendū
 est: aqua ordeī ex sacharo & si quis sanguinis
 missionē repetere uoluerit: & ex priori uenæ
 sectione: nullum conuulsionis nocumentū se
 quutū fuerit: uel aliud simile: uenā manus per
 lōgū debet incidere: ut motu artus prohibeat
 cōglutinatio & dilatetur. Sed si adhuc dubita
 ueris ne celerrime coalescat: tūc pānum oleo:
 & puſillo salis madefactū supponas: qui supli
 getur: porro, si quū uenā apueris scalpellū per
 unxeris: uel ox qdē conglutinatio phibebitur
 dolorq; mitior erit dummodo leniter: oleo
 uel alio simili superinungatur: aut ipso oleo
 madefiat deinde panno detergatur. Dormire
 in super inter uenæ sectionē: & iterationē: fora
 men coalescere celeriter cogit. Nec obliuioni
 tradas. quod diximus solutiua euacuationem
 in hyeme: diem austrinā desiderare: idem enī
 expostulat ipsa uenæ sectio: foramen præterea
 uenæ sectæ: delirātium & stolidorū: ac eorū q/
 bus noctu. tēpore somni: sanguis imittēdus ē
 debet esse angustū: ne sanguinis profuuium

inducatur. Idem tamen cui non est necessaria iteratio fieri debet. Nec te lateat iterationem esse tardam: iuxta magnitudinem imbecillitatis. Quod si nulla affuerit imbecillitas eius terminus est una hora. At si per huiusmodi sanguinis missionem intendimus attractionem faceret tunc eius terminus erit unus dies. Obliqua autem venæ apertio: illi qui eadem die: ea vero: quæ per latitudinem: illi qui statim eam iterare proposuit: conuenientior est. Sed quæ per longum fit: magis conuenit illi: qui non est contentus una tantum iteratione. & illi qui per multos dies. quotidie uult de suo sanguine aliquid detrudere: & quanto uenæ apertio maiorem intulerit dolor: tanto tardius conglutinabitur. Porro quum per iterationem uberrima fit euacuatio: affert animi deliquium nisi forte corpus ad plethoriam declinet: aut ille cui iteratio fit: aliquid preassumpserit. Inter uenæ apertionem præterea & iterationem: dormire. excrementa cum sanguine expelli prohibetur: cum humores per somnum ad imam partem corporis retrahantur. Inter cætera autem iuamenta iterationis unum est uidelicet: quod uires illius cui sanguis mittitur conseruatur: ac euacuatio ei conueniens perficitur. Melior uero iteratio est: quæ duobus aut tribus differtur diebus. Ad hæc illico à uenæ sectione: dormire lassitudinem membrorum inducit.

Balneum quoque ante uenæ sectionem fortassis reddet eam difficilem, quoniam cutim crassior rem ac leniorem efficit: eamque lubrico lapsui parat, nisi is crassissimum habuerit sanguinem: Ille præterea cui uena secatur: non debet unica uice tantum cibo repleri. Sed sensim cibari, & in primis tenui uictu uti. Neque post eam quoque deambulare debet. Sed supinus iacere: nec post eam etiam debet uti balneo dissolvente. Et cum ex uenæ sectione, manus intumuerit alterius manus uena secari debet & quantum uires ferunt sanguinem extrahere: & tumori unguentum cerusæ admoueatur: & partes circumiacentes remediis uehementer frigidis liniantur. Si quis præterea abundantiam humorum habuerit & ei uena feriat: ipsa quidem uenæ sectio erit causa irritationis illorum humorum uelocisque motionis ac mixtionis eorum, indigebitque frequenti uenæ apertione. Ad hæc sanguis melancholicus, frequentem desiderat uenæ sectionem, quam statim alleuatio excipit. In senectute tamen aliquas postea inducit egritudines ut morbum attonitum (apoplexiam uocant) porro uenæ sectio sepiissime excitat febres. Sepiissime tamen putredinem dissoluit. Cuiuscumque præterea sano sanguis detrahitur assumendum est id quod in tractatione de uino predictum est. Nec te la

eat, nihil aliud q̄ uenas uel arterias in corpore
 re aperiri, sed arterias rarius, idq; non sine dis-
 crimine ob sanguinis profluuium. & raro ge- Al. lra
 nerat apostema: & id quidem quum scissura & mi-
 fuerit ualde angusta. uerum cum non time- nimū
 mus sanguinis profluuium arteriæ, summo qđ faci-
 pere iuuat in quibusdam egritudinibus parti at est
 cularibus: propter quas inciditur ipsa arteria. a pa
 precipuum autem iuuamentum, quod ex ar-
 teriæ incisione acquiritur, est ubi in aliquo
 membro ei uicino aliqua malignæ egritudi-
 nes fuerint: quæ à sanguine tenui calido de-
 pendent. Si igitur incidatur arteria illi uici-
 na nullo iminenti periculo: tunc summopere
 opitulari uidetur.

In manu autem sex uenæ inciduntur uideli-
 cet capitalis (quam uocant cephalicam) & me-
 dia (quam nigram appellat) & iecoraria (quæ
 basilica nuncupatur) & funis brachii, & quæ
 inter anularem & minimum digitum inter-
 currit (quam uocant arabes sceilem.) Et axilla-
 ris, quæ est ramus iecinorinæ: sed inter omnes
 cephalica est tutior. Et quelibet illarum tri-
 um debet supra angulum cubiti brachii incidi
 non infra, neq; e regiõe ipsius, ut sanguis pos-
 sit cōmode egredi quum destillat. Nocumen-
 taq; neruorū atq; arteriarū tutius euitat, itidē

CAPVT

de cephalica intelligi debet. Incisio tamen earum p̄ longum tardius conglutinatur. quoniam sūt articulosae: in nō articularibus uero res opposito modo se habet. Sed uena coxendicis ac anularis & reliquæ uenæ debent p̄ lōgū incidi. Cephalica aut̄ debet incidi infra caput musculi in loco molliori: & foramen amplū fieri. Nec foramen foramini addatur: quoniā apostema parit. Et si qd̄ erroris cōmittatur in uenæ cephalicæ sectione: ut plurimū id nō committitur unica tātum percussione quantūcūq; fuerit magna, Sed læsio ex iteratis percussionibus infertur. Eius uero sectio quæ tardius coalescit: est illa quæ fit p̄ lōgū. Quod si sectionē te iterare cogitas: dilata foramen: & si non inueniatur: queratur aliquis ramus partis exterioris brachii. At media uena: ob neruum sub ea existentē periculū minatur. Nōnūq; tamen inter duos neruos iacet: & tūc oportet uti omni diligētia: ut per lōgū incidatur, eiusq; sectio uenā leniter perstringat: & fortasse super ipsā extabit aliquis neruus tenuis instar chordæ itē tus. quæ quidem res dignosci debet: & cauere ne percussio eū offendar: quoniā diurnā sensus destructionem pariet.

At qui neruos crassiores obtinet. is ramus i eo manifestior est. in quo si error cōmittatur erit maioris nocumēti: quod si error cōmittat̄ &

percuſſus fuerit ille nervus, non agglutines ſe-
 ctionē uenæ ſed admoue ei, quod conglutina-
 tionē cohibeat: & cura eam curatione uulnē
 neruorū, de quibus iam in libro quarto fecimus
 ſermonē. Caue præterea ne quod inſrigider,
 ut eſt ſuccus ſolani & ſandalū ei admoueas: ſed
 eius partes totūq; corpus calido oleo pungas.
 Venam autē funis brachii ſatius eſt in obliquū
 ſecare: niſi utriq; ſubterfugiat: tūc enim in lō-
 gū incidatur. Baſilica uero maximo cū diſcri-
 mine inciditur propterea q̄ arteria ac muſcu-
 li neruiq; ſub ea exiſtūt, animaduerte igitur in
 eius incifione: quoniam ſi icidatur arteria uel
 nullo modo: uel cum maxima difficultate ſan-
 guis ſiſtetur: ſūt præterea aliqui habētes utri-
 q; circū baſilicā duas arterias quarū ſi una de-
 ſcribat exiſtimatur eſſe in tuto: cū tñ forte fe-
 riet altera. Id autē animaduertēdū eſt: & cū li-
 gatur apparebit ibi ut plurimū tumor uel ar-
 teriæ: quādoq; uel baſilicæ: ſed utcunq; fuerit
 debet ſolui deligatura tumorq; blāditer pun-
 gi, deinde iterū ligare. Quod ſi iterum tumor
 redeat: tu quoq; iterū redi ad idem, & ſi id nō
 ſufficiat: nō erit inutile ſi baſilicā dimittas: &
 ramū: qui dicitur axillaris qui ad iternam par-
 tem brachii infra exiſtit icidas: multoties quo-
 q; tumor augetur. & multoties ligatura ſedat
 pulſum arteriæ, eamq; eleuat & attollit &

CAPVT

pro uena reputatur, & inciditur: cūq; aliquā ligaueris uenam & ex huiusmodi ligatura appareant super ipsam ueluti lenticulæ & cicera, tūc quod de basilica diximus idem hic agere debes: Basilica in super quanto inferius ad brachium eam incidas, tanto tutius est. Scalpellū autē debet per uenā pcedere uersus oppositam partem arteriæ: & error qui in basilica committitur, nō est ratione arteriæ tātū: Sed quia sub ea est musculus & neruus. & eorū causa error committitur ut iam paulo ante diximus. Iudicium uero quo dignoscere possis errorē fuisse commissum in basilica & fuisse percussam arteriam: est quia sanguis tenuis egreditur flauus & quodā ueluti saltu eiaculatur, leniq; ac demisso quodā tactu. & tūc debes celeriter aliquid ī foramē intromittere uelut pilos leporis ex aliqua portione thuris ī puluere redacti, & achilleā sideritē (quā supciliū ueneris, & sanguinē dracōis uocāt) & aliqd aloes & mirræ & chalcitidis & mysi, & asperge cū aqua frigida quā tū poteris: locū autē incisionis arte ligatū astricta nō soluat p tres dies: post tertiū uero diem adhuc debes obseruare: quātū poteris: ut emplastra astringētia ei parti adhibeant. Multi tñ sunt q illā arteriā penitus secāt ut uena coueliat & carne cooperiat astringaturq;: sed complures ob sanguinis profluuiū perierunt. Aliq

etiã ob uehementē dolorē ligaturæ cui⁹ strictura ualida querit̃ ad phibendū fluxū sanguinis arteriæ: ita ut mēbrū ad p̃ditionem deuenit̃ mortē subierūt. Nec te lateat q̃ nōnūq̃ sanguinis p̃fluuiū accidit quoq̃ in uenis. Ad hęc scire debes: q̃ uena humeralis ex collo & supra ipsū magis: infra uero: minus de sanguine euacuat, nec terminū regionis hepatis ac partiū p̃cordiorū trāsīt: neq̃ de inferioribus partibus aliqd̃ educit: quod alicuius sit momēti. Media præterea: commune habet iudicium inter cephalicam & basilicam: & ipsa iecinoria euacuat a partibus thoracis: quæ ad inferiora uerungunt. Et brachialis similatur cephalicæ: ea uero uena: quam sceilen uocant: dextra quidem ut aiunt doloribus hepatis: sinistra uero lienis cōferre uidetur: & ut debeat apertio eius tandiu dimitti: donec sanguis sua sponte sistatur. Manus præterea eius cui uena secatur debet calidæ aquæ admoueri: ne sanguis facile retineatur dum segnius fluit ut pluribus eorū quibus uena sceilen secatur euenire solet: præstantior autem sectio ipsius sceilen est: quæ in longum fit. Axillaris uero idem est cum basilica iudicium. At qui arteria: quæ in manu inciditur: est illa quæ super dorsum palmæ existit, quæ iter idicæ & pollicis iacet: & est p̃sens remediū epatis ac septi trāsuerſi doloribus antiq̃s

CAPVT

& Galenus refert se uidiffe in fomnio uirū do-
 lore epatis laborātem, cui precepit hoc, & ita
 fecit, unde sanatus fuit. Secat adhuc nōnunq̄
 alia artetia, quæ magis hac ad internam partē
 palmæ declinat, quæ qdem simile huic affert
 inuainctū. Si quis p̄terea uoluerit e uena ma-
 nus sanguinē emittere: & non potest: nequaquā
 uiolētam inuolutionē, ac delegationē, impor-
 tune agat, neq; percuffionem scalpello iteret:
 sed sic per diē uel biduū dimittat. At si cogat
 percuffionē iterare: eam quidē supra nō infra
 primā iteret. Violenta autē ligatura apofte-
 ma affert. Infrigidare quoq; fasciā: eamq; ex aqua
 rosacea uel aqua frigida humectare satis cōe-
 nit & cōfert: ligatura quoq; nō dimoueat cutē
 a suo loco nec ante nec post uenæ sectionē. Va-
 lida præterea deligatio in corporibus macilē-
 tis est causa inanitionis uenarū ac sanguinis re-
 tentionē sed in pinguioribus lenta non permit-
 tit apparere uenas, nisi ualida fiat. Quidam
 quoq; eorum q uenā incidūt solēt uti astutia
 ut dolor nō percipiatur, soporē manui ex for-
 ti ligatura inducēdo per horā. Nōnulli tñ scal-
 pelli aciem oleo perungūt & hoc ut paulo an-
 te diximus dolorē mitigat: conglutinationēq;
 remoratur. Cūq; predictæ uenæ in manu non
 apparuerint sed rami earū. tunc manu premi
 debent fricādo. Quod si cessante frictione cō-
 festim

festum eo fluxerit sanguis quod & locus intumes-
 cat, tunc incidant, sin minus nequaquam. At cum abluere
 uoluerit trahat parum cutim ut foramen claudat,
 mox suo loco eam restituat. fascia autem optime
 adhereat. Estque commodior quam in orbe fit inuolutio
 eaque supinuolui debet. Cumque in foraminis
 orificio pinguedo apparuerit, sensim intro reuocari
 nec abscindi debet, neque in his est adhibenda
 diligentia ut fiat iteratio sine percussione. Huius
 tamen negotii sententiam adhuc perficiam in calce hu-
 ius capituli, nam interloquendum de eo obiter in ser-
 monem incidimus. Nec te lateat sanguinis astric-
 tionem, incisionisque ligationem: habere tempus sibi
 statutum, & si id diuersum sit: nam aliquis & si febrilis
 fuerit: poterit ferre emissionem quoniam aut sex li-
 brarum sanguinis: quodam uero & si sanus, adhuc uni-
 us libre extractionem sustinere nequit. Circa hoc
 tamen tria sunt consideranda. primo leuitas raritasque
 sanguinis. secundo color eius. fortasse tamen faciet
 maximum incurrere errorem si prius tenuis ac al-
 bus egrediat. At si signa plethorae ibi appareant
 & res ipsa sectionem uenae exoptulet non de-
 cipiari. Quandoque et sanguinis color fallit in ha-
 betibus aliquam apertam: quam aperta trahit ad se sangui-
 nem. Tertio uero pulsus quem haud quam negligere
 debes. Cumque sanguinis impetuosis exitus la-
 guere ceperit: aut color sanguinis: uel pulsus
 ipse mutati fuerint praesertim ad debilitatem: tunc

CAP V T

eum retine, itidē si oscitationes ac pandicula-
 tiones nauſeaq; acciderit. Quod ſi cito color
 aut impetus mutetur recurre ad pulſum: cui
 adhibēda eſt in hac re fides. Incurrūt præterea
 facillime in animi deliquiū: qui calidi ſunt tē-
 peramēti macilēti & corpore raro, difficilius
 uero q̄ temperaturā moderatā carniſq; denſi-
 tatē obtinēt. Dicit̄ adhuc, q̄ q̄ ſecādæ uenæ ar-
 tē profiteſ: debet plura habere ſcalpella. quo-
 rū aliqua latiorē: aliqua uero anguſtiorē ha-
 beāt aciem. Quæ uero latioris ſunt acuminis
 uenis q̄dem fugiētibus ac declinātibus maxi-
 me accomodantur: ut ſunt uenæ iugulares. Is
 adhuc debet habere pillulā bōbacineā uel ſeri-
 cinam. Habeat quoq; inſtrumēta ad uomitum
 faciēdū idonea: ſiue ex ligno ſiue ex pēna fue-
 rint. Nec omittat habere apud ſe pilos leporis
 & medicamen aloes & thuris. folliculū muſci
 & electuariū ac trochiſcos de muſco: adeo ut
 ſi accidat animi defectus: qui q̄dem in ſanguis-
 nis. miſſione maxime timorē affert: imo forte
 mortē: feſtina igiſ tūc intromittere glomū in
 os ipſius ac uomitū puocato. iſtrumēto illi ne-
 gocio accōmodato: eumq; folliculū odoret:
 aliqd̄ quoq; electuarii aut trochiſcorum de mu-
 ſco deuoret ut uires excitent̄. Quod ſi ſanguis
 nis p̄fluuiū ex arteria pueniat: feſtina replere
 foramen leporinis pilis: medicamētoq; aloes.

Et raro accidit syncopis dum sanguis ægredi-
 tur: sed ut plurimū postq̄ sanguis siferit acci-
 dere solet: nisi forte plus iusto effluerit. In fe-
 bribus autē cōtinuis: ac in initiis attoniti mor-
 bi (apoplexiā uocat.) In anginis magnisq; ab-
 scēssibus interimentibus ac ualidis doloribus
 uirtute existēti forti. si p̄terrearis si uideas syn-
 copim accidere. Sed qm̄ interloquēdum de ue-
 nis manus incidimus in amplissimā orationē
 de aliis negocijs adeo ut & uenas pedis aliasq;
 ommissimus: ideo iustū iudico ad sermonē
 un̄ digressi sumus redire. Dico igit̄ inter ue-
 nas pedis. Aliā qdē esse coxēdicis: q̄ in extrema
 pte malleoli incidit̄ siue supra: siue infra ipsū
 deligādaq; est pars suprema: uidelicet à crure
 usq; ad foramen: stricteq; deuoluenda: satius
 quoq; ē eā antea abluere. i lōgumq; incidere.
 Quod si obscura fuerit. incidatur aliquis ra-
 mus eius: qui inter anularem & minimum
 digitum existit. Incidere autem coxendicē effi-
 cacissimū affert p̄sidiū: & p̄sertim podagræ. ua-
 ricib⁹: morboq; ælephāti: sed iterare ei⁹ icisiō-
 nē difficile qdē ē. Alia uero ē ea uena (quā sar-
 phenā uocat) q̄ i iterna pte malleoli locata est
 & magis q̄ coxēdicis est euidēs: hæc autē ad eus-
 cuādū sanguinē, a mēbris, quæ infra hepar exi-
 stunt: eūq; à supnis partibus ad infernas euocā-
 dum incidit̄: & ideo mēses uehementer citat

ofificiaq; mariscarū aperit: porro licet rō ipsa
 dicitur sectionē uenæ coxēdicis & saphenæ. iu
 uamētū nō absimile p̄stare. Experiētia tñ com
 probatū ē: lōge efficaciorē esse utilitatē incisiō
 nis uenæ coxēdicis i dolore coxēdicū: & id for
 te pp̄ eius rectitudinē puenit. Venæ p̄terea sa
 phenæ sectio p̄stātor ē, q̄ fit in obliquū ad lati
 tudinē uergens. Alia adhuc est uena: q̄ in angu
 lo genu existit nec eius p̄sidiū ē multū diffimi
 le ab eo qđ saphenæ: Verū ad mēses ciendos &
 sedis hemoroidarūq; dolores, p̄stati⁹ q̄ saph
 næ ē remediū. Itē ē alia uena in postrema pte
 calcanei sita: q̄ est ueluti ramus saphenæ: & ua
 let ad ea q̄ & ipsa saphena. Generatim aut̄ ue
 narū pedis incisiō: ad egritudines: q̄ fiūt ex ma
 teriis caput petētibus ac ex atra bile ortis ualet
 sed uires magis q̄ ea: q̄ uenarum manus debili
 tat. Ad hęc uenæ: q̄ in partibus capitis incidun
 tur: satius est eas in obliquum incidere p̄ter iu
 gulares (guidez Arabes uocant.)

Inter uenosa p̄terea uasa. qđā sunt uenæ: qđā
 uero Arteriæ. Venarū aut̄ alia ē uena frontis: q̄
 inter duo sup̄cilia isidet: cuius icisiō cōfert do
 lori capitis & p̄sertim in occipitio eius graue/
 diniq; oculorū atq; antiquo capitis dolori affi
 duo (cephaleā uocāt) Alia uero ē q̄ sup̄ calua
 riā sedet ad hemicraneā & capitis ulcera secta
 iuuat. Aliæ adhuc duæ sunt: q̄ apud utraq; tpa

extát reflexæ uenæ: ac aliæ duæ in angulis lachrymalibus (cantos uocât) q̄ ut plurimū mon se offerūt nisi p̄ gutturis suffocatiuā astrictioz nē: i qbus scalpellū nō debet pfūdus agi. Quoniā forte ex oīs p̄cussione affectus ille oriret̄ (quē aegylopē seu fistulā lachrymalē uocant) ex eis tñ exigua quātitas sanguinis distillat̄ solet. Earū aut̄ sectio ad dolorē capitis ac hemigraneā: lippitudinēq̄ diurnā (quam obthalmiā uocāt) ad lachrymarū distillationē: ad suffusiones: seu cecitates: ac ad palpebrarū scabiē earūq̄ ortū & ad nyctilopā satis ualet. Aliæ quoq̄ sunt tres uenæ exiguæ: q̄ ubi desinit extrēa pars auris: capillis cōiūcta existūt, earū aut̄ ultima triū euidētior ē, q̄ in initio suffusiōis & ubi caput recipit uapores à uētriculo secat̄. & propterea iuuat ad auriū ulcera & occipitis & partis postremæ capitis. Galenus autē negat id q̄ nōnulli affirmāt uidelicet: q̄ uiri cōtinētes secāt ambas uenas q̄ sunt post aures: ut uirile semen illinc abscindat̄. Sūt & aliæ duæ uenæ iugulares q̄ in principio lepræ & ualidæ anginae incidunt̄ & i respirādi difficultate (dyspnoea uocat̄) & in asthmate calido: & in uoce rauca: q̄ inest patiētib⁹ pulmonariā egritudinē (quā pipeumoniā appellāt) & in metagra: seu lichenē: q̄ ex excessiuo calore sanguinis puenit: ac i henis affectibus & p̄cordiorū. Et ut paulo ante

diximus huiusmodi incisio debet fieri l'aceola
 latioris aciei. ligatura aut debet fieri capite in-
 clinato ad oppositā partē sectionis ut uena tē-
 dat. Inspiciēdaq; ē ea pars: q̄ ē pdiuior: cuius
 qdē pars opposita ē incidēda. & obuolutio de-
 bet i latū: nō in lōgū fieri ueluti fit in saphena
 & coxēdice. incisio tñ debet in lōgū cadere. Est
 & alia uena: q̄ ē i extrema pte nasi (quā uocāt
 leporinā) & incidit pars extrema nasi bifida:
 q̄ digito p̄ssa bifulca uidet̄ ibiq; perforet. San-
 guis aut q̄ de ea fluit exiguus ē cuius sectio ua-
 let ad lētigines faciei obscuritatēq; coloris. ma-
 riscalteranthemata: seu tubercula. nasi ad eius
 q; pruritū: uerū aliqñ inducit diurnā rubedi-
 nē faciei: q̄ serpigini similatur: q̄ qdē adeo per
 facie expandit: ut eius nocumētū maius sit iu-
 uamēto. Vene uero: q̄ sunt post aures sub ossi-
 bus eminetibus e regione occipiti (Arabes ca-
 lala ea ossa uocāt) si incidatur: cōferūt lippitu-
 dini: q̄ ex tenui sanguine ortū habet ac diutur-
 nis capitis doloribus. Alie insuper sunt uenæ
 quattuor: quæ super labia iacent: binæ scilicet
 super singulo labio. Quarū incisio ulceribus
 oris ac fauciu (Alcola Arabes uocāt) necnō gin-
 giuarū earū relaxationi: atq; abscessibus & he-
 moroidibus earumq; scissuris confert. Sunt &
 aliæ uenæ sub lingua intra mentum: quæ ad
 anginas apostemata tonsillarum (seu ut uocāt

duarum amigdalorum) inciduntur. Reperiuntur adhuc alia uenae sub ipsamet lingua: quae ad grauedinem linguae: quae a sanguine est orta inciduntur: & per longum incidi debent: nam si per latum incidantur. difficile erit sanguinem sistere. Est quoque alia uena in yma parte labii: quae ad oris fetorem inciditur. Item reperiuntur alia uena mandibularum: quae ad oris uentriculi curationem inciditur. Arteriarum autem capitis quaedam est apud tempora: quae aliquando more aliarum aperitur: aliquando uero tota discinditur: nonnunquam etiam distrahitur: quandoque uritur: idque ut acres ac tenues de stillationes sistantur fieri solet: ut quum oculus dilatari incipit. Sunt & aliae duae arteriae post aures: quae ad uaria lippitudinis genera ac principium suffusionis hebetudinemque oculorum & nyctilopam & ad dolorem capitis diuturnum inciduntur: non tamen sine discretamine: earumque agglutinatio tardior est: Galenus autem narrat quendam fuisse uulnertum in gutturenita ut uulnus eius arteriam attingeret: unde immodica quantitas sanguinis effluxit: cui ipse Galenus succurrit: medicamine ex Thure & Aloes & Achilleae: & Myrrae itaque sanguinem suppressit dolorque diuturnus: quem in coxa habebat ablatus est. Ex uenis praeterea quae in corpore apiunt duae sunt super

CAPVT

ventrē: quārū altera sup regionē hepatis iacet
 altera uero sup lienē: ea atq̄ i dextrā ad aquā
 iter cutim, q̄ uero i sinistra pte existit ad lienis
 affectus incidit. Nec te lateat uenæ sectionem
 hēre duo tpa. Alterꝝ liberꝝ. alterū uero coactū:
 ex arbitrio qdē est: dū calor diei adest pfecta iā
 cōcoctione uiolētū uero tēpus ē: dū urget ne-
 cessitas ita ut differri nō possit: oīsq; cā: q̄ eā p-
 hibeat negligēda ē: Scias adhuc q̄ lāceola non
 acuta magnū infert nocumētū: qm̄ nō ptingen-
 do fallit: & a p̄a atq; dolorē parit: cūq; lāceolā
 intromittis: nō ipellas eā manu comprimēdo.
 Sed sensim p̄trāseundo eā ducas: ut eius extre-
 ma pars: cavitatē uenæ attingat. nā si pluribus
 uicibus: id ui iterare conaberis: ei⁹ extrema ad-
 es occulte disrūpet: & sic uena subterfugiet: &
 nō scindet. Qd̄ si ui coneris uenam incidere
 malū addes. Idcirco anteq̄ uenā ferias: & quā-
 do p̄cussionē iterare cupis. debes expiri in tua
 cute: quo pacto lāceola se hēat. oī p̄terea indu-
 stria conari debes ut uena impleat sāguineq; tu-
 mescat. Sic. n. lubricus lapsus ac recessus ei⁹ mi-
 nus fiet. Qd̄ si uena occulta fuerit nec impletio
 sub digito appareat: tū iterū atq; iterū eā solue
 & liga: atq; punge: & deligationē modo sursum
 modo deorsum p̄muta donec se offerat. idq;
 tibi succedet: si latitudine extremitatū duorū
 digitorū locū ubi scis uenā expādi palpaueris:

ita ut quicquid altero digito premas. altero ueros sanguinē e uena eminere facias: ita ut digito: quod permanet firmus manifeste percipias & dum eleuatur uacuetur: & dum remittitur obseruetur. & inter ultimā lāceolæ extremitatē & manū, aliquantulum debet intercipi distātia: ne ad neruū uel arteriam eū penetrare faciat. tutiusque est ut uena impleatur ubi sit tenuior: lāceola insuper debet pollice & medio digito apprehēdi indexque dimittatur ad retādū: ac in media lamina apprehēdi debet & nō supra: quā nō esset recta apprehēsiō. Cūque uena ad aliā partē dimota fuerit occurras ei ligatura & apprehēsiōne cōtrarie partis. Quod si utriusque dimoueat indifferēter: caue ne eā pro longū incidas. Scias adhuc quod deligatio & depressio debet fieri iuxta duritiē ac cutis crassitiē & carnis multitudinē: debetque ipsa deligatio proxia fieri. At si deligatio uenā occultauerit. describe eā: & caue: ne ipsa descriptio, mobilitate ligaturæ recedat: à sua rectitudine. & cum hoc adhuc suspēde uenæ incisionē. quā si uena cum difficultate repleatur & eleuetur: tūc profunde incide proferim in macilētis corporibus: & utere uncinis: cūque ligatura & astrictio sit prope artum non finit uenā repleti & cū locū lauare cupis tūc digitis cutē sup foramen trahe. ut e regione tegatur mox laua. & exicca. fasciolaque imponas & finito cutē ad locū suū reuerti. Nec te lateat eū

Al. lra
pūgat

Al. lra
incipere
flebotomia

CAPVT

qui pre nimia plethoria, sudat, uenæ sectione indigere. nonnūq̄ præterea alicui febrienti: ac morbo comitiali laborāti: cui prout eius affectus exposcit: sāguis missio pueniret. supueni et naturalis alui solutio & tūc ea nō idigebit.

¶ Caput. 21. fen quartæ. De cucurbitularū impositione ac de earū scarificatione.

Cucurbitulæ magisq̄ uenæ sectio ptes sub cutaneas expurgāt: ac magis tenue q̄ crassū extrahūt. pinguib⁹ tñ corpibus: q̄ crassiorē sanguinē obtinēt minus opitulant. Quoniā nō educūt sāguinē eorū ut deceret: sed tenuiorē eius portionē: idq̄ maxima difficultate extrahūt: particulā quoq̄ ubi infigunt ibecilliorē reddūt: ex p̄cepto adhuc est: ne cucurbitulæ admoueant in initio mēsis: qm̄ humores: nō dū sunt moti uel excitati: neq̄ in eius calce. cū sint diminuti: sed in medio eius dū humores excitātur q̄ suo incremēto: insequunt̄ icremētū qđ in substātia lunæ auget̄ crescitq̄ cerebri medulla in caluaria: aquæ quoq̄ fluminū fluctiū ac refluctiū augent̄. Diei aut̄ hora cōueniētiōr ad earū defixionē. est secūda & tertia: post balneū in super admoueri nō debent nisi forte quis crassum habuerit sanguinē. tūc enī debet balneo ablui deinde aliq̄tulū morari: mox cucurbitulas imponere. Maior autē pars hoīum recusant̄ appositionē cucurbitularū i syncipite

ga p̄cipiūt & sensū & mētē ex eis offendi : sed
 si i caua pte occipitii adhibeātur icisiōis uenæ
 mediæ sup̄lēt uices. Grauitati quoq; sup̄cilioꝝ
 rū auxiliū p̄bet & palpebras alleuiat ac oculoꝝ
 scabiei orisq; fetori opitulāt : & si sup̄ scapulas
 (cahal arab. uocāt) ifigant icisiōis incinorinæ
 uenæ. uicē gerūt. dolorēq; hūeri & gutturis le
 uāt. & si sup̄ alterā duarū uēarū colli postero
 rū iponant : p̄ cephalica ualēt : & tremorē capi
 tis leuāt : mēbrisq; capitis cōferūt : uelut sūt faci
 es dētes mādibulæ aures : oculi : gutt : nares. Ve
 rū ut inqt̄ Muhamad. Si cavitati occipitii ipor
 nat̄ obliuionē iducunt : cū posterior ps cerebrī
 sit loc⁹ mēoriæ : quē cucurbitule ibecillū red
 dūt : sed si sup̄ cahel apponāt̄ os uētriculi debi
 litāt : & si sup̄ uenas colli posteriores (q̄s cada
 hin arabes uocāt) infigāt̄ fortasse inducēt capi
 tis tremorē. Idcirco à cavitare occipitii parū
 descēdere : & supra scapulā parū ascēdere licet
 nisi forte sanguinis suffusiōi uel tussi succurre
 re uelim⁹ : tūc. n. nō debet ascēdi sed i suo loco
 dimitti. Apponere aut̄ cucurbitulas sup̄ cahal
 & iter hūeros sūmope ualet ad egritudines pe
 ctoris ex sanguine pendentēs : & ad sanguineā
 cōuulsiōnē sanguineūq; catarrū. Verū stōachū
 debilitat ac tremorē cordis parit : porro si cru
 ri superponant̄ iuuamētum simile afferunt̄
 q̄d ex saphenæ sectiōe haberi solet . sāguinēq;

Al lra
occipi
tium

mūdicāt, mēses cient. Mulieri insup q̄ & albū colorē ac rarū habitū tenuēq; sanguinem hēt; magis expedit cucurbitularū appositio super crura q̄ uenæ saphenæ incisio: p̄terea si super uertice: ac mediā caluariā infigant̄ ad deliriū ac uertiginē: ut à nōnullis traditū ē: & ad tardā canitiē ualēt. Sed hæc sentētia nō est oīno certa: nā in aliquibus corpibus. in aliquibus uero nō id effici pōt: ut plurimū tñ solēt canitiē accelerare intellectuq; lædere. Oculorū tñ morbis auxiliant̄. & hoc ē remediū p̄stātius q̄d̄ ex huiusmodi infixione cucurbitularū hēri pōt: nam cōfert & ipsa scabiei palpebrarū tuberculis oculorū egressiōiq; corneæ uel uueæ mēbranulæ uerū mētē offendit attonitū morbū obliuionē malas cogitatiōes morbosq; diuturnos parit: officit quoq; his q; suffusionē oculi patiūtur: nisi forte tēpus ad id faciēdū commodū se offerat. nā sic fortasse ñ nocebit. Ad hæc si sub mēto iponant̄ dentibus. faciei: gutturiq; p̄sunt caput ac maxillas mūdicāt: & si sup coxēdices apponāt̄ ad abscessū femoris eiusq; scabiē & tubercula podagrā hemorroidas morbū elephāti ad uesicæ ac uteri uētositatē dorsiq; pruritū satis ualēt. Q̄d̄ si igne cū scarificatiōe apponatur maiorē uim obtinēt ubi nō sit flatuositas: sed q̄ sine cōcisione imponunt̄ uehementius flatum frigidū dissoluūt eumq; in ea pte uel ubi

